Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Non plus diuitem honoretis q̄ pauperem
nisi melior sit quinymo ut verius dicam
plus pauperē honoretis Relucet enī in
paupere imago ihū christi ī diuite aūt
mūdi Omnis nos ex una sumus carnis ra-
dice geniti Omnēs inuicē sumus mēbra ī
uno corpore cuius caput ē ihesus christus
Quid ergo plus honoris meruit diues z
potens q̄ pauper forte qr diues ē et potēs
Sed si hoc quare diuicias in seculo detes-
tamur. Quare mūdi gloriaz contemnē-
dam p̄dicamus. Neminem certe malorum
usu honorandum puto. Si diuites hono-
ras diuiciis plus pauper deo proponis mū-
dum Et si plus deo aliquid ī mūdo diligis
non dignus es deo. Reddite queso que
sunt dei deo et q̄ mūdi mūdo. Bonitas ubiqz
honoretur malicia omnino deturpetur. Sed
quoniā mihi nūc deus qui in caducis
diuiciis suis gloriantur Cuiqz quadaz
fetide carnis post modicū ī cinere reuer-
sure nobilitate. potencia. et dignitate va-
na et leui. Siquidem aurium quorūdam
stultorum hoīm insufflacōe extolluntur
et alios contemnendo deprimūt. ac se ob
hoc credunt illam attingē gloriaz q̄ solis
humilibus et mūdi contemptoribus pius dūs
p̄parauit sermo ē quid de eis ut cōuenit disserā